infúlsit: ut dum visibíliter Deum cognóscimus, per hunc in invisibílium amórem rapiámur. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatiónibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicéntes:

the new light of Thy glory hath shone upon the eyes of our mind, so that while we acknowledge God in visible form, we may through Him be drawn to the love of things invisible. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dóminations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

**COMMUNICANTES FOR CHRISTMAS**

Communicántes, et diem sacratíssimum celebrántes, quo beátæ Maríæ intemeráta virgínitas huic mundo édidit Salvatórem: sed et memóriam venerántes, in primis ejúsdem gloriósæ semper Vírginis Maríæ, Genetrícis ejúsdem Dei et Dómini nostri Jesu Christi: sed et beáti Joseph, ejúsdem Vírginis Sponsi, et beatórum Apostolórum ac Mártyrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholomǽi, Matthǽi, Simónis et Thaddǽi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni: et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis, precibúsque concédas, ut in ómnibus protectiónis tuæ muniámur auxílio. Per eúndem Christum Dóminum Nostrum. Amen

Communicating, and keeping this most holy day, in which the spotless virginity of blessed Mary brought forth a Savior to this world and also reverencing the memory of the same glorious Mary, ever Virgin Mother of the same our God and Lord Jesus Christ: as also blessed Joseph, Spouse of the Virgin, and of Thy blessed Apostles and Martyrs Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon and Thaddeus: Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and of all Thy Saints, through whose merits and prayers, grant that we may in all things be defended by the help of Thy protection. Through the same Christ our Lord. Amen.

**COMMUNION: Psalm 97: 3**

Vidérunt omnes fines terræ salutáre Dei nostri.

All the ends of the earth have seen the salvation of our God.

**POSTCOMMUNION**

Præsta, quǽsumus, omnípotens Deus: ut natus hódie Salvátor mundi, sicut divínæ nobis generatiónis est auctor; ita et immortalitátis sit ipse largítor. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

Grant, we beseech Thee, almighty God, that as the Savior of the world, born on this day, is the Author of our heavenly birth, so He may also be to us the Giver of immortality. Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

2017-03-05

# TRADITIONAL LATIN MASS

## MASS PROPER: DECEMBER 25, CHRISTMAS DAY (3rd)

Mass *Puer natus* (gold or white)

**INTROIT: Isaias 9: 6**

Puer natus est nobis, et fílius datus est nobis: cujus impérium super húmerum ejus: et vocábitur nomen ejus, magni consílii Ángelus. Ps. 97.1. Cantáte Dómino cánticum novum: quia mirabília fecit. v. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sǽcula sæculórum. Amen. Puer natus est nobis, et fílius datus est nobis: cujus impérium super húmerum ejus: et vocábitur nomen ejus, magni consílii Angelus.

A Child is born to us, and a Son is given to us: Whose government is upon His shoulder and His Name shall be called the Angel of Great Counsel. (Ps. 97: 1) Sing ye to the Lord a new canticle: for He hath done wonderful things. v. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. A Child is born to us, and a Son is given to us: Whose government is upon His shoulder and His Name shall be called the Angel of Great Counsel.

**COLLECT**

Concéde, quǽsumus, omnípotens Deus: ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitas líberet; quos sub peccáti jugo vetústa sérvitus tenet. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

Grant, we beseech Thee, almighty God, that the new birth in the flesh of Thine only-begotten Son may set us free, whom the old bondage doth hold under the yoke of sin. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**EPISTLE: Hebrews 1: 1-12**

Multifáriam multísque modis olim Deus loquens pátribus in prophétis novíssime diébus istis locútus est nobis in Fílio, quem constítuit hærédem universórum, per quem fecit et sǽcula. Qui cum sit splendor glóriæ, et figúra substántiæ ejus, portánsque ómnia verbo virtútis suæ, purgatiónem peccatórum fáciens, sedet ad déxteram majestátis in excélsis: tanto mélior Ángelus effěctus, quanto differéntius præ illis nomen hæreditávit. Cui enim dixit aliquándo Angelórum: Fílius meus es tu, ego hódie génui te? Et rursum: Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in fílium. Et cum íterum introdúcit

God, Who at sundry times and in divers manners spoke in times past to the fathers by the prophets, last of all in these days hath spoken to us by His Son, whom He hath appointed heir of all things, by whom also He made the world: Who being the brightness of His glory and the figure of His substance, and upholding all things by the word of His power, making purgation of sins, sitteth on the right hand of the Majesty on high: being made so much better than the angels, as He hath inherited a more excellent name than they. For to which of the angels hath He said at any time: Thou art my Son, today have I begotten Thee? And again: I

Errors? help@extraordinaryform.org

primogénitum in orbem terræ, dicit: Et adórent eum omnes Ángeli Dei. Et ad Ángelos quidem dicit: Qui facit Ángelos suos spíritus, et minístros suos flammam ignis. Ad Fílium autem: Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi: virga æquitátis, virga regni tui. Dilexísti justítiam, et odísti iniquitátem: proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo exsultatiónis præ partícipibus tuis. Et: Tu in princípio, Domine, terram fundásti; et ópera mánuum tuarum sunt cæli. Ipsi períbunt, tu autem permanébis; et omnes ut vestiméntum veteráscent, et velut amíctum mutábis eos, et mutabúntur: tu autem idem ipse es, et anni tui non defícient.

will be to Him a Father, and He shall be to Me a Son? And again, when He bringeth in the first begotten into the world, He saith: And let all the angels of God adore Him. And to the angels indeed He saith: He that maketh His angels spirits, and His ministers a flame of fire. But to the Son: Thy throne, O God, is for ever and ever: a scepter of justice is the scepter of Thy kingdom. Thou hast loved justice and hated iniquity: therefore God, Thy God, hath anointed Thee with the oil of gladness above Thy fellows. And: Thou in the beginning, O Lord, didst found the earth: and the works of Thy hands are the heavens. They shall perish, but Thou shalt continue: and they shall all grow old as a garment: and as a vesture shalt Thou change them and they shall be changed: but Thou art the self-same, and Thy years shall not fail.

**GRADUAL: Psalm 97. 3-4, 2**

Vidérunt omnes fines terræ salutáre Dei nostri: jubiláte Deo omnis terra. V. Notum fecit Dóminus salutáre suum: ante conspéctum géntium revelávit justítiam suam.

All the ends of the earth have seen the salvation of our God: sing joyfully to God, all the earth. V. The Lord hath made known His salvation: He hath revealed His justice in the sight of the Gentiles.

**LESSER ALLELUIA Psalm 2. 7**

Allelúja, allelúja. V. Dies sanctificátus illúxit nobis: Veníte, gentes, et adoráte Dóminum: quia hódie descéndit lux magna super terram. Allelúja.

Alleluia, alleluia. V. A sanctified day hath shown upon us: come, ye Gentiles, and adore the Lord: for this day a great light hath descended upon the earth. Alleluia.

**GOSPEL: John 1: 1-14**

In princípio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil quod factum est: in ipso vita erat, et vita erat lux hóminum: et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem fílios Dei fíeri, his, qui credunt in nómine ejus: qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt.
*(Hic genuflectitur.)*
ET VERBUM CARO FACTUM EST, et habitávit in nobis: et vídimus glóriam ejus, et glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiæ et veritátis.

In the beginning was the Word, and the Word was with God, and the Word was God. The same was in the beginning with God. All things were made by Him, and without Him was made nothing that was made: in Him was life, and the life was the light of men; and the light shineth in darkness, and the darkness did not comprehend it. There was a man sent from God, whose name was John. This man came for a witness, to testify concerning the light, that all might believe through Him. He was not the light, but he was to testify concerning the light. That was the true light, which enlighteneth every man that cometh into this world. He was in the world, and the world was made by Him, and the world knew Him not. He came unto His own, and His own received Him not. But as many as received Him, to them He gave power to become sons of God, to them that believe in His Name, who are born not of blood, nor of the will of the flesh, nor of the will of man, but of God.
*(Here all kneel)*
AND THE WORD WAS MADE FLESH,
and dwelt among us: and we saw His glory, the glory as of the Only begotten of the Father, full of grace and truth.

**OFFERTORY: Psalm 88: 12, 15**

Tui sunt cæli, et tua est terra, orbem terrárum, et plentitúdinem ejus tu fundásti: justítia et judícium præparátio sedis tuæ.

Thine are the heavens, and thine is the earth, the world and the fullness thereof Thou hast founded: justice and judgment are the preparation of Thy Throne.

**SECRET**

Obláta, Dómine, múnera nova Unigéniti tui nativitáte sanctífica: nosque a peccatórum nostrórum máculis emúnda. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

Sanctify, O Lord, the gifts offered to Thee, by the new birth of Thine Only-begotten Son: and cleanse us from the stains of our sins. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**PREFACE OF THE NATIVITY**

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus. Quia per incarnáti Verbi mystérium, nova mentis nostræ óculis lux tuæ claritátis

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: for through the Mystery of the word made flesh,